

nesciri ergo se ab eis vitas
queritur. et nescire se princi-
patum nescientium protesta-
tur. Quia profecto hi qui ea
que sunt domini nesciunt a
domino nesciuntur. Paulo
attestante qui ait. Si quis
autem ignorat ignorabitur.
Que nimirum pastorū sepe
impericia meritis congruit
subiectoz. qui quibus lumen
sciētie sua culpa exigente nō
habeant districto tamen iu-
dicio agitur. vt per eozum
ignorantiam hi etiam qui se
quuntur offendant. Hinc nā
q̄ in euangelio per semet-
ipsam veritas dicit. Si ce-
cus ceco ducatum prebeat
ambo in foueā cadūt. Hinc
psalmista non optantis ani-
mo sed prophetantis myste-
rio denunciat dicens. Ob-
scurentur oculi eozum ne vi-
deant. et dorsum eozum sem-
per incurua. Oculi quippe
sunt qui in ipsa honoris su-
mi facie positi prouidendi
itineris officiū susceperunt
Quibus hi nimirum q̄ sub
sequuntur et inherēt dor-
sa nominantur. Obscura-
tis ergo oculis dorsa inflec-
tuntur. quia cum lumē sci-

entie perdunt qui preeunt.
profecto ad portanda pec-
catorum onera curuantur q̄
sequuntur.

Ne locum regiminis sub-
eant qui viuendo non pro-
ficiunt que meditando didi-
cerunt.

Capitulū II

Et sunt nō
nulli qui solerti cu-
ra spiritualia prece-
pta perscrutātur. sed que in-
telligendo penetrant. viuē-
do conculcant. repente do-
cent que non opere sed me-
ditatione didicerunt. et q̄d
verbis predicant moribus
impugnant. Unde fit vt cū
pastor p̄ abrupta graditur.
ad precipitiū grex sequatur
Hinc nāq̄ dominus p̄ pro-
pheta p̄ contemptibilem pa-
storum scientiam querit di-
cens. Quis ipsi limpidissimā
aquam biberitis. reliquam
pedibus vestris turbastis et
oues mee que conculcata pe-
dibus vestris fuerant pasce-
bant. et que pedes vestri tur-
bauerāt hec bibebāt. Aquā
quippe limpidissimam pasto-

A 2